

homicidium fecerit; prior Canon septem annis agere poenitentiam iussit: secundus Canon quinque mandavit.

XLV. Item Digest. tit. de furtis. l. qui faccum. [c. an. Chr. 185. Roma.] De eodem.

Qui faccum habentem pecuniam furtiverit; furti actione, etiam facti nomine, tenetur; quamvis non sit ei animus facci surripiendi.

GRATIAN. Contra animum, non opus puniri, exemplo sacrum literarum Diocletiani, & Maximiani colligitur.

XLVI. Cod. lib. 9. ad Leg. Cornel. de ficar. [l. eum qui s. an. Chr. 290. Sirnii.] De eodem.

Um, qui asseverat homicidium se non voluntate, sed casu fortuito fecisse, cum calcis ictu mortis occasio praebita videatur; si hoc ita est, neque super hoc ambigi poterit, omni metu, ac suspitione, quam ex admittit rei discrimine sustinet, secundum id, quod annotatione nostra comprehensum est, volumus liberari.

XLVII. Item Imperator Antoninus C. ad leg. Corn. de ficar. l. i. [an. Chr. 216.] P A L E A.

Rater vester rectius fecerit, si se Praefidi Provinciae obtulerit. Qui si probaverit non occidendi animo hominem a se esse percussum, remissa homicidii poena secundum militarem disciplinam sententiam profertur. Crimen enim contrahitur, si & voluntas nocendi intercedat. Ceterum ea, quae ex improvviso, & casu potius, quam fraude accidunt; fato plerumque, non noxae imputantur.

XLVIII. Hinc & Gelasius 36 PAPA. [c. an. 495. Roma.] De eodem.

Quantum dixit iste Placidus, anno praeterito dictum est de uxore illius; quia subito inter caballos inventa est, dum traherentur caballi, collisa est illa, & abortum fecit. Quod si ita est; forte si caballos alienos tulerit, inde est culpabilis. Nam de muliere, quae casu inter caballos contracta est, ubi voluntas illius non agnoscitur perniciosa fuisse, non potest, nec debet addici per leges.

PITH. 36 Gelasius. Cod. Thuanus: Pelagio Sindula Magistro militum.

XLIX. Item Nicolaus PAPA. [c. an. 860. Roma.] De eodem.

Hi, qui arbores incidere videntur, si contigerit, ut cadens arbor occiderit hominem, inculpabiles sunt, atque innoxii; quia nec voluntate eorum, nec desiderio, homicidium perpetratum est. Si vero aliqui culpa eorum, vel neglectu, mortentis hominis interitus cognoscitur advenisse; abijcendi sunt a gradu, & in sacro Ordine nullatenus suscipiendi.

L. Item ex Concilio Vormaciensi, c. 29. [an. 868. in Germania.] De eodem.

Saepe contingit, dum quis operi necessario insistens arborem incidere, ut aliquis subitus ipsam veniens deprimatur. Et idcirco, si voluntate, vel negligentia incidentis arborem factum est; ut homicida, poenitentiae debet omnino submitti. Quod si non voto, non incuria, sed illius, non denique scientia contigit; sed dum ille operi necessario fortassis incumberet, ille insperatus occurrens sub arbore improvise devenit, & sub ipsa oppressus est; incisor arboris non tenetur pro homicida.

PITH. 37 Non incuria. V. C. sed incuria. Scientia. V. C. hac cum sententia. Occurrens. V. C. occurrit. Improvisus devenit. Defunt in V. C.

LI. Item ex Concilio Triburiensi, c. 36. Sed ibi copiosius. [an. 895. in Germania.] De eodem.

Si duo fratres in silva arbores succiderint, & appropinquante casura ipsius arboris frater dixerit fratri, cave; & ille fugiens in praefuram arboris incidit, & mortuus fuerit; vivens frater innocens de sanguine germani dijudicatur.

PITH. 41 Ipsius. V. C. unius.

GRATIAN. Praemissis auctoritatibus, Lapsi permittitur, ut post poenitentiam in suis Ordinibus reparari valeant; ad maiorem autem conficere post Lapsum nulla eis auctoritate permittitur; immo poenitus prohibetur. Unde legitur

LII. In Ilerdensi Concilio, c. 5. [an. 524. in Hispania.]

Lapsi in suis Ordinibus reparari possunt, sed non ad maiora conferentur.

Hi, qui altario Dei deservierunt, si subito in flenda carnis fragilitate corruerint, & Domino respiciente, dignè poeniterint, ita ut mortificato corpore, cordis contriti sacrificium Deo offerant; maneat in potestate Pontificis, vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel de diolos prolixiore tempore ab Ecclesiae corpore segregare: ita tamen, ut sic Officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora Officia ulterius promoveri. Quod si iterato velut canes ad vomitum reveri fuerint, & veluti fues in volutabris luti jacerint, non solum dignitate officii careant; sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu, non percipiant.

Corr. Rom. a Quod si iterato. Hinc usque ad finem absunt a codicibus illis Gratiani, a quibus Palea abesse solent. In alio autem hic propositum est nomen Paleae. Et veluti fues in volutabris luti jacerint. Haec non legitur in antiquis editionibus Conciliorum, Colonienfis, ac Parisiensis, duobus codicibus Vaticanis, Luceni Regio, neque infra xv. q. 8. c. hi qui. Sunt tamen apud Ivonem, & in editione Colon. 4. volum.

Sed exemplo Beati Petri (qui postquam trine negotiationis maculas confessione diluit, non solum in gradu sui Apollolatus remanuit, verum etiam in Pastorem totius Ecclesiae a Christo institui meruit) probantur Lapsi post dignam poenitentiam non solum propria Officia retinere, sed etiam ad maiora posse conficere. Quod autem Beatus Petrus post negotiationem Pastore Ecclesiae a Domino fit institutus, probatur auctoritate Beati Gregorii, qui in Homilia Dominicae Resurrectionis de eodem Principe Apollolorum scribit dicens

LIII. GREGORIUS I. Homilia 21. in Evang. [an. 593. Roma.]

Petrus post culpam negotiationis Princeps Apollolorum a Domino est institutus.

Considerandum nobis est, cur omnipotens Deus eum, quem cunctae Ecclesiae praefere disposuerat, ancillam vocem pertimescere, & seipsum negare permittit. Quod mirum magne adum esse pietatis dispensatione cognoscimus, ut is, qui futurus erat Pastor Ecclesiae, in sua culpa diceret, qualiter alius miseris debuisset. Prius itaque eum ostendit sibi, & tunc praeposuit ceteris; ut ex sua infirmitate cognosceret, quam misericorditer aliena infirma toleraret.

LIV. Item Ambrosius in serm. 47. de fide de Petri. [c. an. 380. Mediolani.]

Post negationem, in fide & gradu Petrus profecit.

Fidelior factus est Petrus, postquam fidem se perdidisset detestavit, atque ideo majorem gratiam reperit, quam amiserat. Tamquam enim bonus Pastor tuendum gregem accipit, ut qui sibi antea inhiatus fuerat, fieret omnibus firmamentum; & qui ipse interrogationis tentatione mutaverat, ceteros fidei stabilitate fundaret. Denique pro soliditate devotionis, Ecclesiarum Petra dicitur, sicut ait Dominus: Tu es Petrus, & super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam. Petra enim dicitur, eo quod primus in Nationibus fidei fundamenta posuerit, & tamquam saxum immobile totius corporis Christianitatis compagem, mollemque continet.

Item obijcitur; Poenitentes ad sacros Ordines promoveri non debent: non ergo Lapsi post poenitentiam ad maiora perungere possunt. Unde legitur

LV. In Concilio Carthaginiensi IV. c. 68. & 69. [an. 398. in Africa.] Non ordinetur Clericus ex Poenitentibus.

EX Poenitentibus, quamvis sit bonus, Clericus non ordinatur. Si per ignorantiam Episcopi factum fuerit; it. 31. deponatur a Clero: quia se Ordinationis tempore non prodidit fuisse Poenitentem. Si autem sciens Episcopus ordinaverit talem; etiam ipse ab Episcopatu suo ordinandi dimittatur potestate privetur. Simili sententia subiacet Episcopus; si sciens ordinaverit Clericum eum, qui viduam, aut repudiatam, uxorem habuit, aut secundam.

Corr. Rom. a Iste ab. In originali legitur, ipse ab Episcopatu suo ordinandi dimittatur potestate privetur. al. ipse Episcopatus sui, quemadmodum & apud Ivonem, par. 15. cap. 5.

LVI. Item Siricius PAPA Himerio Episcopo, Epist. l. c. 15. [an. 385. Roma in Hispaniam.]

Bigamus, Poenitens, viduae maritus, sacrae militiae ingens, sine spe promotionis in suo Ordine permaneat. Quicumque autem Poenitens, quicumque Bigamus, quicumque viduae maritus, ad facram militiam indebitè, & incompetenter irrepserit, hac sibi conditione a nobis veniam intelligat relaxatam, ut in magno debeat conquirere beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in hoc, quo invenitur, Ordine perpetua stabilitate permaneat.

PITH. 42 Quicumque. Centur. to. 4. p. 113. 116. Bigamus. V. C. Digamus.

LVII. Item ex Concilio Gerundensi, c. 9. [an. 517. in Hispania.]

Non prohibeatur a Clero, qui pressus languore per communionem poenitentiae benedictionem accepit.

Si vero, qui aegritudinis languore depresso poenitentiae benedictionem, quam viaticum deputamus, per communionem accepit, & postmodum reconvalecens caput poenitentiae in Ecclesia publice non subdidit, si prohibitis vitis non detinetur obnoxius, admittatur ad Clerum.

LVIII. Item Hormisdas PAPA omnibus Episcopis per unversas Provincias constituit. [c. an. 520. Roma ad omnes Episcopos.]

Qui ad poenitentiam agendam in Monasterio retruduntur, Presbyter non ordinetur.

Ille, qui ultro petit poenitentiam, quamvis eam perfectè agat, non potest Episcopum, aut Presbyter ordinari: ita ut etiam per ignorantiam ordinatus fuerit, & postea convincitur poenitentiam accepisse, deijciatur: ille ergo qui invitatus ad poenitentiam agendam mittitur in Monasterium, (qui utique filii alii, quam Poenitens dicitur est) quod conscientia ad Sacerdotium venire permittitur? Nemo mihi alia quolibet contra auctoritatem sedis Apostolicae, vel ceterorum Episcoporum, vel reliquorum Canonum constituta, obijciat: quia quidquid contra illorum definitionem (in quibus Spiritum Sanctum credimus locutum) dictum fuerit, recipere non solum temerarium, sed etiam periculofum esse non dubito.

LIX. Item Gelasius urbis Romae Episcopus omnibus Episcopis per Lucaniam, &c. c. 5. [an. 494. Roma in Lucaniam, &c.]

Bigamus, vel quilibet post poenitentiam sacris non applicetur Ministeriis.

Non confidat quisquam Pontificum Bigamos, aut conjugia sortientes ab aliis derelicta, sive quoslibet post poenitentiam, vel sine literis, vel corpore vitiatos, vel conditionarios; aut curia, publicanisque rerum nexibus implectos; aut passim nulla temporis congruentis expectatione discussos. Divinis servitibus applicare ministeriis.

LX. Item Innocentius I. Agapito 44, & ceteris, Epist. 6. [c. an. 404. Roma in Apuliam.]

Poenitentes nec etiam Clerici fieri possunt.

Canones apud Nicaeam constituti, Poenitentes etiam ab infimis officis Clericorum excludunt.

PITH. 44 Agapito. Adde, & Macedonio & Mariano Episcopis Apuliae.

GRATIAN. Hoc non de quoslibet Poenitentibus intelligitur, sed de illis tantum, qui post actam poenitentiam secularis militiae cingulum accipiunt. De quibus scribit

LXI. Innocentius I. Episcopus Victorio Rotomagensi Episcopo, Epistola 2. c. 2. [an. 404. Roma in Galliam.]

Non debet fieri Clericus, qui post remissionem peccatorum, militiae cingulum habuit.

Si quis post remissionem peccatorum, cingulum militiae secularis habuerit, ad Clericatum admitti omnino non debet.

GRATIAN. Potest & aliter intelligi. Est quaedam Poenitentia, quae solennis appellatur, quae semel tantum in Ecclesia conceditur; de qua Ambrosius ait, [Sicut unum est Baptisma, ita unica est Poenitentia.] Item, [Non est secundus locus Poenitentiae.] Merito reprehenduntur, qui saepius agendam Poenitentiam putant, quia luxuriantur in Christo. Nam si verè agerent Poenitentiam, iterandam postea non putarent.

Corr. Rom. a Reprehenduntur. Legebatur, reperiuntur. Emendatum est hic ex originali: quod tamen fieri non potuit, infra c. reperiuntur. de Penit. dist. 3. quia vox, reperiuntur, ibi est initium captis.

LXII. Item Augustinus ad Macedonium, Epistola 54. [forte an. 414. in Africa.] De eodem.

Quamvis cautè, & salubriter provifum sit, ut locus illius humillime poenitentiae semel tantum in Ecclesia concedatur, ne medicina a nimis utilis, vili habeatur; tamen quotidie peccantibus nunquam per poenitentiam venia negatur.

Corr. Rom. a Ne medicina. In aliquot vetustis exemplaribus Gratiani Caput hoc est conjunctum superiori. Locum enim Divi Augustini suo modo aptat. Apud illum quidem hoc loco ita legitur: Ne medicina estis, minus utilis estis aegrotis, quae tantò magis salubris est, quanto minus contententibus fuerit: quis tamen audeat dicere Deo, quare hinc homini, qui post primam poenitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parvis? PITH. 45 Humillime Poenitentia. ultima poenitentia, Augusti. lib. de Virgin. cap. 48.

Hæc autem Poenitentia quomodo imponenda sit, legitur

LXIII. In Agathensi Concilio, n. Capitul. l. 5. in quo sic statutum est, cap. 15. [an. 506. c. 58. & l. 7. c. 310.]

Quomodo Poenitentes ad Poenitentiam accedant.

Poenitentes tempore quo Poenitentiam petunt, impositionem manuum & cilicium super caput a Sacerdote (sicut ubique constitutum est) consequantur. Si autem comas non deposuerint, aut vestimenta non mutaverint, abijciantur; & nisi dignè poeniterint, non recipiantur. Juvenibus etiam Poenitentia non facile committenda est, propter ætatis fragilitatem. Viaticum tamen omnibus in morte politis non est negandum.

PITH. 46 Si autem. V. C. & si aut. Deposuerint. nisi sint feminae quibus velum pro tonsura est, ex can. 12. Concil. Tolet. i. Abest a 3. Codd. vet.

LXIV. Item ex eodem a. [an. 506. ibid.] Quae sint servanda in solenni Poenitentia.

In capite Quadragesimæ omnes Poenitentes, qui publicè eam suscipiunt, aut susceperunt Poenitentiam, ante fores Ecclesiae se representent Episcopo civitatis, sacco induti, nudis pedibus, vultibus in terram demissis, reos se esse ipso habitu, & vultu protestantes. Ibi adesse debent Decani, id est, Archiepiscopi, Presbyteri, & Presbyteri Poenitentium, qui eorum conversationem diligenter inspicere debent, & secundum modum culpæ Poenitentiam per praefatos gradus injungere. Post hæc eos in Ecclesiam introducant, & cum omni Clero septem Poenitentiales psalmos in terra prostratus Episcopus cum lachrymis pro eorum absolutione decantet: tunc resurgens ab oratione, juxta quod Canones jubent, manus eis imponat, aquam benedictam super eos spargat, cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum operiat: & cum gemitu & crebris suspiriis denuntiet eis, quod sicut Adam projectus est de Paradiso, ita ipsi pro peccatis ab Ecclesia abijcuntur: post hæc jubet Ministris, ut eos extra januas Ecclesiae expellant: Clerus verò sequatur eos cum Responsorio.

In sudore vultus tui vescevis pane tuo, &c. ut videntes sanctam Ecclesiam pro facinoribus suis tremefactam, atque commotam, non parvipendant Poenitentiam. In sacra autem Domini cena rursus ab eorum Decanis, & eorum Presbyteris, Ecclesiae liminibus represententur.

Corr. Rom. a Ex eodem. Ex Agathensi etiam citant Burchardus & Ivo, & Rhebaldus Cardinalis (qui tempore Paschalis Pontif. claruit) in Libro suo de Poenitentia publice non iteranda. In uno tamen manuscripto Burchardi exemplari citatur ex Poenitentiali Romano. Sententia verò hujus capituli magna ex parte habetur in Pontificali, & ordine Romano a pag. 24. usque ad 30.

Et Presbyteri. Apud Burchardum legitur, id est Presbyteri.

Hanc Poenitentiam nulli lumquam Clericorum agere conceditur, atque ideo hujusmodi Poenitentes ad Clerum admitti prohibentur. Unde statutum est

LXV. In Carthaginiensi Concilio V. c. 11. [an. 398. in Africa.]

Clericis non imponatur manus, tanquam Poenitentibus.

Confirmandum est, ut si quando Presbyteri, vel Diaconi in aliqua gravi culpa convicti fuerint, quæ eos a ministerio necesse sit removeri; non eis manus tanquam Poenitentibus, vel tanquam fidelibus Laicis imponatur, neque umquam permittendum, ut rebaptizati ad Clericatus gradum promoveantur.

LXVI. Unde Siricius PAPA 49 Himerio Episcopo, Epist. l. c. 14. [an. 385. Roma in Hispaniam.]

Nec Clerico Poenitentiam agere, nec Poenitenti ad Clericatum accedere permittitur.

Ilud quoque nos par fuit providere, ut sicut poenitentiam agere cuiquam non conceditur Clericorum, ita & post poenitentiam, ac reconciliationem nulli umquam Laico liceat honorem Clericatus adipisci: quia quamvis sint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum Sacramentorum instrumenta suscipere, qui dudum fuscunt vasa vitiorum.

PITH. 49 Unde Siricius PAPA. In omnibus codicibus tribuitur Siricio in Epist. ad Himerium Tarraconensem Episcopum cap. 14.

LXVII. Item Leo PAPA I. Rustico Narbonensi, Epist. 90. c. 2. [an. 443. Roma in Galliam.]

Presbyteris, & Diaconis tanquam Poenitentibus non debent manus imponi.

Alienum est, a consuetudine Ecclesiastica, ut qui in Presbyterali honore, aut in Diaconii gradu fuerint consecrati; si pro crimine aliquo suo per manus impositionem